Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



n. e s

mitem in me non ferentem fruc
tum tollet eum ⁊ omnem q̃ fert
fructum purgabit eum ut fructũ
plus afferat. Iam uos mundi es
tis propter sermonem quem lo
cutus sum uobis. Manete
in me et ego in uobis. Sicut
palmes non potest ferre fructũ
a semet ipso nisi manserit in uite
sic nec uos nisi in me manseritis
Ego sum XV
uitis ⁊ uos palmites. Qui
manet in me ⁊ ego in eo
hic fert fructum multum quia sine
me nichil potestis facere. Si quis
in me non manserit mittet foras
sicut palmes ⁊ arescet ⁊ colligent
eum ⁊ in ignem mittent ⁊ ardet. Si
manseritis in me et uerba mea in
uobis manserint quodcũq; uolue
ritis petetis ⁊ fiet uobis. In hi clari
ficatus est pater meus ut fructum
plurimũ afferatis ⁊ efficiamini mei
discipuli. Sicut dilexit me pater
⁊ ego dilexi uos. Manete in dilecti
one mea. Si precepta mea serua
ueritis manebitis in dilectione mea
sicut ⁊ ego precepta patris mei ser
uauit et maneo in eius dilectione. H
locutus sum uobis ut gaudium
meum in uobis sit ⁊ gaudium
uestrum imple atur. Hoc est
preceptum meum ut diligatis
in uicem sicut dilexi uos. Maio
rem hac dilectionem nemo habet
ut animam suam ponat quis pro
amicis suis. Uos amici mei estis
si feceritis que ego precipio uobis
Iam non dicam uos seruos. quia s
nus nesit quid faciat dominus
eius. Uos autem dixi amicos. quia om
nia quecumq; audiui a patre meo
nota feci uobis. Non uos me elegis
tis sed ego elegi uos ⁊ posui uos ut
eatis et fructum afferatis et fruc
tus uester maneat. ut quodcumq;
petieritis patrem in nomine meo
det uobis. Hec mando uobis ut di
ligatis in uicem. Si mundus uos
odit scitote quia me priorem uobis
odio habuerunt. Si de mundo fuis
setis mundus quod suum erat di
ligeret. Quia uero de mundo non
estis. sed ego elegi uos de mundo. pro
odit uos mundus. Memento ue
sermonis mei quomam ego dixi
uobis. Non est seruus maior domino
suo. Si me persecuti sunt ⁊ uos perse
quentur. Si sermonem meum ser
uauerunt ⁊ uestrum seruabunt
Sed hec omnia facient uobis prop
nomen meum. quia nesciunt eum
qui misit me. Si non uenissem ⁊ no
locutus eis fuissem peccatum non
haberent. nunc autem excusatio
onem non habent de peccato suo
Qui me odit et patrem meum od
Si opera non fecissem in eis que nemo
alius fecit peccatum non haberent
nunc autem uiderunt me ⁊ oderunt
me et patrem meum. Sed ut ad
impleatur scriptura ⁊ sermo qui in
lege eorum scriptus est. quia odio
habuerunt me gratis. Cum autem
uenerit paracletus quem ego mit
tam uobis a patre spiritum ueritatis